unicam hanc quæstionum solutionem parturiunt, forte ita, forte non. *Narrantur Historiæ quid antiqui quid moderni de proposita aliqua thesi cogitaverunt, ratiunculæ in hanc vel illam contradictoriam, quasi à funditorum vel Sagittariorum cohortibus jaculantur; sic dilatantur paginæ, intumescunt tomi; sed, quando jam in sententiam ferendam incumbendum est, exit dictum in hunc sensum*, Omnes Sententiæ sunt probabiles, verum hæc ultima mihi videtur probabilior. *Quid ab auriculis Midæ magis fatuum expectari posset? Quis Tiresias de coloribus non sic verum effari valeat*, fortassis est album, fortasse non. *Quid hic mirandum*